

201

241.
341.

OMNIA OCTO
VIR O

Reverenda dignitate, variaq; Doctrina
& Eruditione Clarissimo

D O M I N O

GEORGIO WOLFIO

Freibergæ in D. Jacobi æde Diacono merenti optimè,

Cum

V I R G I N E

Virtutum morumq; suum sexum decentium

Unionibus Exaluminatisima

MARIA ELISABETHA

V I R I

Nobilissimi atque Experientissimi

DNI. ANDREÆ KUHNII

Ophthalmici & Lithotomi qvondam

celebratissimi

RELICIA FILIA,

• ipfis

Calendis Octobribus Anni MD CLXXVIII.

Matrimonium ineunti ex divinæ

Benedictionis Amalthea

apprecantes

Patroni, Collegæ, Fautores, Amici.



D R E S D Æ,

Typis viduæ & hæredum MELCHIORIS BERGENII,
Elect. Saxon. Typogr.

200



Urea vita fuit, † cum non armenta le-
ones,

Cum Phrygiam cervi non timu-
ere jubam;

Cum pavidum blandi leporem fove-
re molossi,

Vicinumq; lupo præbuit agna latus.

Quid prohibet thalamum sponsus cùm
WOLFIUS intret?

Qvominus ista Lupo præbeat agna latus?

Sic ajunt. Nuptisq; novis applaudere cuncti:

Maëte esto tædis Agna Lupusque tuis.

Et te cum Agna Lupo socios bene compleat
annos!

Sictædis Vestris aurea vita datur.

PAULUS PHILIPPUS RÖBERUS
Pastor & Superint. Freib.

† Vide sis Poetas Virgil. Ecl.
4.23. & Ecl. 5.v.60. Claudian.
in Prol. I.2. Kap. & si placet
addere ex sacris. Esa. II. 6.c.
LXV. v.25 Lactant. lib. 7.c.24.

CAsta DEUS mens est, castos conjungit amantes,
Et castas thalami ventilat ipse faces.

Tu castam deamas Venerem, Reverende Minister,
Ergò DEUS vestras ventilet ipse faces.

Ardeat in vestro concordia mutua lecto,
Fulgeat in vestra res opulenta domo;

Cingat Amor mensam, velut udam pampinus ulmum,
Et soboles, veluti dulcis oliva, thorum!

ex voto

Christiani à Sutphen,
J. U. D.

QVAM pudor & pietas & clarum nomen avorum
Ornant sponsa Tibi, Vir Reverende, venit
A Domino, solus qvi exaudit vota piorum
Et qvos nemo putat jungit amore thori.
Hic pater omnipotens demittat desuper omne,
Quod vobis prodest, quod nocet hoc abigat.

M. Christoph Grans/ Archid.
Vis

Visa est res absurdia Lupo committere mitem
Velle ovium placide pascat ut ille gregem:
At Tibi, *SPONSE*, Lupo solerti credere curam
Christianī cōtus res proba visa Deo est.
Quidni igitur dormire sinu pia Virgo petiscat,
Atqve Tuō fidat vivere præsidio?
Scilicet illa Lupi Te Nomen prendere novit,
Haudquaquam Mentem, quin Hominem esse Homini.
Hostibus at Christi Lupus esto Martius, inde
a Prædam manē tenens vespere distribuens.
b Atque Lupi tandem Te acris solertia laudet.
Ille faburratus quā natat intus aquis:
Vir præstans animi, nullis & partibus impar
Sic domui præfis cunctipotente Deo!

a. Gen. 49, 27. Teste Lyrano Hebræi expo-
nunt de Altari Holocausti, quia Templum
fuerit in forte Benjamin &c. v. Joh. Ada-
mi Osiandri Observat. ad h. l. f. 700.
b. v. Vossius de Orig. & Progress. Idol.
l. 3. c. 59. p. m. 1047.

*Hæc pauca, & que alia Sponsis Sa-
cerdos votet*

M. Tobias Engel /
Ecclesiast. primar. ad D. Petri.

Anne LUPO sè jungat Ovis! quis talia dicat?
AUDÈS & Temet jungere Sponsa LUPO?
Scilicet it Sponsi & Sponsæ Nomen in Omen,
Is LUPUS Hæc AUDAX Patribus inde cluunt.
Dixit Jova Lupos Agnis habitare futurum; Ef. XI. 6.
Comprecor à Jovâ vos agitare bene!
Ut convivatis, pascatis, nec noceatis,
Monte Dei vestras res habeatis Jo! Ef. LXV, 25.

M. Michael Mauckisch ad S.
Nicolai Symmysta & Rev. Ministerii Senior.

ET sic tu teneros amoris ignes,
O Collega, foves, Viraginemque
Castam diligis, ac amœniorem
Sponsus hinc meditaris ipse vitam.
Appludo, tenui licet Phaleuco:
Vos & vivere, vosque copioso
Fœtu crescere, vosque luculentis
Exundare bonis, simulque Jovæ,
Cum castâ socia, placere, Votis
Sanctè posco meis, fac ut gemellis,
Quæ vovi, rata sint Jehova nuptis.

M. Mauritius Striebel /
Pastor ad D. Jacobi.

Post festum Angelicum celebras en! omine faustô
Tædas, & sociam jungis amore Tibi.
Tí precor Angelicum thalamum concedat Jöva:
Angelicam sociam, ac Angelicam sōbolem.

Ita lingua & mente

Elias Lindenerus, Ecclesiastes
Cathedralis.

Sat

SAT CITO, SI SIT SAT BENE ; Verbum fertur in ore
Multorum, rerum quodque Magistra docet,
Hoc in connubiis nec fallere scribere conor,
Quæ maturato Consilioque placent.
Macte igitur, mi SPONSE, tuis clarescere votis,
Sat citò conceptis, det benè JOVA sient !

Animo gratulabundo f.
M. Immanuel Gerber /
ad d. Petr. à Conc. mat.

Allusio ad Neonymphorum cognomina.

AUDAX re SPONSA est, quæ non timet ipsa videre
Quærentem huncce LUPUM, & consociare sibi.
Non lupus, hic LUPUS est, audi, quem conspicit ipsa,
Quem sibi consociat, PRÆCO sed audit AMANS.
Huic sociata LUPO non vocem, ut creditur olim,
Nec vitam amittit, plura sed ipsa capit.
Hocce LUPO socio certe sociatur honori
Hicce Ministerii, conjngiique sacri.
Hinc gaudemus eis Sociis, gratamur utrisque
Hæc Sponso & Sponsæ quod bene versa sient.
Quærere qui vertit, qui- jungere - cunque videreque,
Optato, Sociis vertat & æva bene.
Quærite felices, vos jungite utrosque, videte,
Dum Patris- Matris rite sequatur honos.

Hoc qualecunque in tesseram Collegialis
Amicitiaz facere iubuit

M. Tobiæ Mollerø, Freib. ad D.
Petri Concionatori vespertino.


TEmpore quô celeri fluit à pede dulce falernum
WOLFI chare Tibi mustea sponsa datur.
Gratulor ex animo, precor & : Tibi, faxit JOVAH,
Mustea conjugii tempora semper eant.

deproperab.
Samuel Kilmannus, Pastor
ad SS. Job. & Bartbol.

VOta novis tædis, doctissime Sponse, rogâsti,
Vota novis tædis, sed tua vota, dabo :
Quod tua Sponsa Tibi, quod Tu Sponsæque precaris,
Hoc tribuat tædis magnus Jova tuis !

ita

o o D e v o ð e v gratul.
M. Johannes Graff /
Cygneus, Gymnasii ConR.



201


241.
342.

OMNIA OCTO
VIR O

*Reverenda dignitate, variaq; Doctrina
& Eruditione Clarissimo*

D O M
GEORGIC

Freibergæ in D. Jacobiæde



V I R G

*Virtutum morumq; su
Unionibus Ex*

MARIA EL

V I

Nobilissimi atque

DNI. ANDRE

Ophthalmici & Li

celebi

RELICIA

ip

Calendis Octobribus

Matrimonium in

Benediction

appre

Patroni, Collegæ



D R E S D Æ,

Typis viduæ & hæredum MELCHIORIS BERGENII,
Elect. Saxon. Typogr.

200